

R. D. & Illust. Principi D. Mattheo M. diuina sacrosanctæ Rho. ecclesiæ Tit. S.  
Angeli pres. Card. Archiepiscopo Saltzburgeni Ap. Se. Legato & c. Petrus Api-  
anus (dictus Benevitz) ex Leysznick Mathematicæ disciplinæ clientulus,  
Salutem perpetuam ac sui ipsius commendationem.

**P**osteaq̄ anno superiori sacratissime Antistes, atq; Princeps illustrissime, in ur-  
be Reginopolitana cū chartaceo munusculo (nihil eq̄dem illo tēpore precio-  
sius afferre potui) tuam celsitudinē sum congressus, nō difficilis erat mihi cō-  
lectatio præsignē Mathematicæ disciplinæ tibi adesse scientiā, & te clarissimum  
rei literariæ lumen, Mæcenatē atq; Asylum, & tuū etiam ad literas studiū cogno-  
ui. Eo siquidē argumēto, quōd fronte insigniter exporrecta atq; serena, obuijsq; (ut  
aiunt) manibus illam quā obtuli mēbranam tam humaniter, tū ob studiū geographi-  
cæ disciplinæ amorē, cū ob uitæ tuæ integritatē exceperas, uel eō potius, ut omittā  
cætera, quod iam pridē M. Ioan. Auentinus mihi sp̄ amicissimus tam Oratorum q̄  
Poëtarū facile princeps, cuius laudē hic tacitus præterire nō possum. Et V. D. Io-  
annes Landtsperger (cui semper es in ore) Plebanus Landtsuteni, Illustrissimiq; Lu-  
doulci Bauariæ utriusq; Ducis, Præf. Rheni & c. Sacellanus, uir sui ingenij uir-  
tute præstantissimus, cui gratias condignas nec agere nec referre possum, sæpius  
apud me tuā depredicari liberalitatē in doctos, humanitatēq; in oēs q̄ conantur  
aliquod egregiū, præcipue in illos q̄ Mathematicæ disciplinæ scientiā redolere ui-  
dentur, facilitatē & in oēs, nō potui cōmittere, qn̄ tibi id, q̄cqd̄ est lucubrationis,  
tanq̄ Deo tutelari dedicari, & tuo sub noīe ædere constituerē, quō tutius celeri-  
usq; tuo auspicio in cōmunē studiosorū cōmoditatē prodiret in publicū. Potissimū,  
ut prima elemēta studiosis Geographiæ tyrunculis notiora redderētur, hoc opuscu-  
lum utcunq; conflatū conscripsimus. Verū non sine laude Ptolomæi, q̄ oīm Mathe-  
maticorū facile princeps habetur. Sequuti enim sumus doctissimos quosq; huius stu-  
diū uiros. Porro geographica professio in legēdis auctoribus plurimū prodest, eius  
enim cognitio non solū ad Poëtarū, Historicorū, sed etiā sacrarū literarū noticiā  
perducit. Ut doctissimus ille Ptolomæus oīm Mathematicorū monarcha, Pōponius  
Mela, Dionisius, Solimus, uerissimus ille Strabo, Eneas Siluius, Volaterranus, Oro-  
sius, reliquiq; Geographi testantur. Accipe igitur Antistes eminentissime hoc cos-  
mographicū opus à nobis fideliter eaq; consummatiōe supputatū qua in Ptolomæi  
ope legi solet, quod si pius Lector diligēti studio perlegerit, haud parū fructus Ge-  
ographiæ disciplinæ se attigisse summa animi gratitudine p̄fitebitur. Hic ea quæ  
alibi sparsim à doctissimis ingenijs elucubrata sunt sub quodam cōpēdio collegimus,  
opere precii itaq; duxi fore, si in uno uolumine totius mundi obseruatio cōplectere  
tur, ne propter nimiam prolixitatē & obscuritatē Tyrunculus geographiæ profes-  
sionis studio quopiā irretitus teneatur, uel potius ne q̄s pauperculus propter libro-  
rum multitudinē atq; opis Ptolomæi ac precii magnitudinē absterreatur. Nihil hic  
me ipsius eruditionē aut ingeniū iactito: nam res est huiusmodi, quæ ipsa sese uel

Sächsische  
Landesbibliothek  
31. AUG. 1936  
Dresden